



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XXVII. De officio Organistae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

§. 26. Quando Christiano more cerei, aut candelæ à Christi-fidelibus offeruntur, & ad declarandam suam in Deum voluntatem, vt sint in holocaustum accenduntur: non eos vel ad priuatos vel ad alios, quàm à populo offeruntur vsus auferant. Sed quod offerentes volebant, ad consumptionem suam ardere sinant, ne cadant in peccatum puerorum filiorum Heli, de quibus dicit Scriptura, *Quod erat peccatum eorum grande nimis coram Domino quia detrahebant populum à Sacrificio Domini.*

§. 27. Nihil vnquam ex Ecclesiæ ornamentis aut thesauris, aut quacumque supellectile Ecclesiastica extra Ecclesiam efferant, aut alijs ad ornandam Ecclesiam suam dent mutuum, citra consensum superiorum suorum.

§. 28. Omnia & singula, quorum cura ac custodia eis credita est, quemadmodum iureiurando tenentur, fideliter seruent, atque custodiant ac fidelitatis suæ quotannis minimum semel, iuxta Ecclesiæ inventarium seu repertorium faciant fidem.

§. 29. Quotidiè ab ea hora quâ prima Missa celebranda est in Ecclesia, præsto debent esse ab omnia, nec inde recedere, nisi prius omnibus illius diei Missis absolutis, & si rationabili ex causa eos abesse contingat, de superioris licentia alium idoneum ministrum in suum locum substituunt.

§. 30. plura adhuc de sacra, Custodibus, Campanarijs seu Aedituis in diuersis locis huius operis dicta sunt, quæ hic commodè repeti non potuerunt ob eorum multitudinè, & varietatem.

TITVLVS XXVII.

De officio Organista.

I. **Q**icumque ad fungendum officium Organista in Ecclesia assumendus est, is bonis moribus præditus, & artis pulsandi organa peritus esse debet, & vbi Ecclesiastici periti inueniuntur laicis præferendi sunt, si tamen Ecclesiasticus

*Cerem. Epif.
lib. I. cap. 38.*

R 7

siasticus

fiasticus aptus non reperiatur, laicus Catholicus, modestia, & grauitate præditus eligatur, qui semper habitu decenti, detecto capite, & qua decet reuerentia suum exequatur munus.

Carem. Epif. locositato. 2. In omnibus Dominicis & festis per annum occurrentibus, maximè in quibus à seculibus operibus abstinendum est, decet vt in Ecclesijs si non musicorum cantus, ad minus organum adhibeatur, exceptis tamen Dominicis Auentus, Septuagesimæ, Sexagesimæ, ac Quadragesimæ cum illis temporibus, non nisi Dominica tertia Auentus quæ *Gaudete* dicitur, & quarta Quadragesimæ *Latere* appellata, quæ sunt dies lætitiæ organa pulsari debent.

3. In Missis & officijs Defunctorum nunquam adhibentur organa.

Carem. ibid. 4. In festis quæ tempore Auentus & Quadragesimæ occurrunt, organa cessant, excipiuntur tamen aliquæ festiuitates solemnes videlicet Annuntiationis in Quadragesima, Conceptionis in Auentu & aliæ similes, aut quodcumque concurrat aliqua solemnitas in eis ferijs, quæ cum lætitia, pro aliqua re graui celebratur veluti preces 40. aut 10. horarum. In ipsa autem feria quinta in Cæna Domini pulsantur organa in Missa ad *Kyrie eleyson* & ad *Gloria in excelsis* tantum: & Sabbatho Sancto à *Gloria in excelsis* tantum & ad reliquum officium, vt in alijs festis solemnibus.

Carem Epif. lib. 2. c. 28. 5. In Ecclesijs igitur in quibus est vsus Organum pulsantur organa ad vtrasque solemnes Vesperas statim ac Celebrans exit à Sacristia paratus, nec prius silet, donec in loco suo sedeat, & ei datum fuerit à Cæremoniario signum incipiendi. Deinde debent etiam pulsari in fine Psalmi post versum, *Sicut erat in principio, &c.* loco Antiphonæ.

Catholicus, gatur, qui to capite, quatur mu-
 stis per an- us à se. mili- vt in E. cle- us organum icis Aduen- Quadrage- i Dominica t, & quarta z sunt dies
 n nunquam
 us & Qua- c, excipiun- es videlicet Conception- andocum- ferijs, quæ tatur veluti autem feria organa in excelsis ran- excelsis ran- s festis so-
 vsus Orga- aes Vesp- a paratus, t, & ei da- nciendi. salmi post Antipho-
 az

ne quæ repeti deberet, & alternatim in ver-
 bus Hymnorum, & Cantici Magnificat, ita ta-
 men ut primi versus Hymnorum, & prædicti
 Cantici cantentur à Choro in tono intelligibili,
 non autem ab Organo, quod etiam seruandum
 est in quibusdam versibus Hymnorum ad quos
 genuflectere debemus: qualis in Cantico *Te*
Deum laudamus versiculus est *Te ergo quæsumus,*
Gr. & in Hymno *Pange lingua* versiculus *Tan-*
tum ergo Sacramentum, Gr. (quando ipsum San-
 ctissimum Sacramentum in Altari patenter est
 expositum non verò aliàs) etiam si versus imme-
 diatè præcedens fuerit decantatus à Choro. Sed
 etiam seruatur in vltimis versibus hymnorum, &
 in versu *Gloria Patri*, ob reuerentiam SS. Trini-
 tatis, cuius laudes ore decantare debemus, quod
 nemini mirum videri debet, si hæc perpendantur
 exactè.

6. Ad Matutinas solemnes pulsantur Organa
 ad hymnum primi nocturni, & ad *Te Deum lau-*
damus alternatim, versus tamen *Te ergo, Gr.* can-
 tatur à Choro genuflexo tono intelligibili, non
 autem ab Organo. Ad laudes pulsantur Organa
 vt ad Vesperas

Cavem. Epis.
 lib. 2 c. 5.

7. In reliquis Horis Canonicis quæ in Choro
 cantantur, non est consuetum interponere Orga-
 num. Sed si in aliquibus locis consuetum esset Or-
 gana pulsari ad Horas Canonicas, præsertim sub
 Hora Tertia & Completorio, poterit illa consue-
 tudo seruari, ad Tertiam quidem dum Episcopus
 solemniter celebraturus capit Sacra paramenta;
 Ad Completorium verò ad Hymnum *Te lucis, Gr.*
 ad Canticum *Nunc dimittis, Gr.* & in fine Com-
 pletorij ad Antiphonã de Beatissima Virgine Ma-
 ria, seruatis tamen semper regulis suprascriptis.

Cavem. Epis.
 lib. 1. c. 28.

8. In Missa solemnè pulsantur Organa alter-
 natim cum dicitur *Kyrie eleison, Gloria in excelsis,*

Cavem. Epis.
 lib. 1. c. 28.

Item

Item finita Epistola dum cantatur Graduale, & Sequentia. Item ad Offertorium vsque ad Praefationem. Item ad *Sanctus* alternatim. Ad elevationem SS Sacramenti grauiori & dulciori sono, & facta elevatione, Chorus prosequitur *Benedictus qui venit, &c.* stando. Item ad *Agnus Dei* alternatim, sub Communionem, & in fine Missae. Ad Symbolum nunquam intermiscendum est Organum, sed illud a Choro cantu intelligibili tractum, ac deuo: è totum cantandum.

Carem. Epif. lib. 2. cap. 8.

9. Pulsantur etiam Organa quotiescumque Episcopus solemniter celebraturus Ecclesiam ingreditur, dum orat ad Altare & capit paramenta donec detur Organistæ signum cessandi, & re diuina peracta discedit.

10. Item adueniente Legato Apostolico, Cardinale, Archiepiscopo, aut Episcopo proprio, aut etiam extraneo quem Episcopus honorare voluerit, aut etiam Principe, vbi primùm fuerit ingressi Ecclesiam, donec ad Altare genuflexi orauerint.

Carem. Epif. loco citato.

11. Possunt quoque pulsari Organa in Collatione Ordinum, & more Romano ad Hymnum *Veni Creator, &c.* & in consecratione Episcopi ad prædictum hymnum, & Psalmum. *Ecce quam bonum* alternatim, si sit consuetudo, & in alijs huiusmodi actionibus. Denique dum transit Processio sollemnis aliquam Ecclesiam.

ANNOTATIONES.

§. 1. Notandum, quod quodcumque per Organum versiculis Hymnorum, aut Canticorum respondetur, semper idem proferendum esse, ab aliquo de Choro intelligibili voce, nisi sit aliquis qui cantet cum eo, quod videtur intelligendum, tantum de officio Canonico, non de Missa, aut alijs huiusmodi.

Carem. Epif. lib. 1. cap. 28.

§. 2. Aduertat benè Organista, vt hic abusus tandem aliquando tollatur, nempe ne Introitus, Epistola, Praefatio, Symbolum, & Oratio Dominica, quæ sunt præcipua,

Graduale, & usque ad Præatim. Ad ele- & dulciori so- rosequitur Be- n ad Agnus Dei in fine Missæ, niscendum est tu intelligibili am.

præcipua, quæ in Missa cantanda sunt, organorum pulsatione, aut Musicorum concentu, mutilentur aut intercipientur.

§. 3. Vigilet quoque ne tantus Organicus aut nimia præcipitatione ac breuitate suâ maiestati cultus diuini aliquid detrahant, aut Clero & astanti populo nimia protractione tadium aut fastidium pariat. Sed cantu Gregoriano reuerenter ac grauitè cantato, paulò diutius duret. Ideoquæ attentè obseruet Organista tinnitum campanulæ vel signum alicuius ad hoc constituti, quo monetur quando inchoandum, vel finiendum.

§. 4. Vt Organum rectè custodiatur, clausum semper maneat, nec nisi diebus festis, quibus eo vtendum aperiat, & sæpè à puluere & telis aranearū mundetur.

§. 5. Neminem quoque super vel intra Organa admittat Organista præter Cantores, aut alios quibus opus est

§. 6. Cauendum autem est ne sonus Organi sit lasciuus, aut impurus, & ne cum eo proferantur cantus, qui ad officium quod agitur non spectent, ne dum profani, aut ludicri, nec alia instrumenta musicalia, cum Organo pulsantur, nisi tubæ, tibiæ, aut cornæ; similiter leuia ac minus decentia tractata nullo modo recitentur in fine Psalmorum, nec prorsus in toto diuino officio.

§. 7. Præterea Organista cum Magistro Chori, & Cæremoniario frequenter conueniat & de officio instituendo conferant.

§. 8. Præstet quoque vt Episcopus probet ea quæ cantanda sunt à Musicis in Organo, & non Litanias aut alia à Sede Apostolica non approbata cantentur.


§. 9. Obseruent quoque Cantores & Musicine uocum harmonia, quæ ad pietatem augendam ordinata est, aliquid leuitatis aut lasciuix præ se ferat; ac potius audientium animos, à rei diuinæ contemplatione auocent, quàm ad pietatem excitent; ideoquæ sit deuota, distincta & intelligibilis.

§. 10. Denique quamuis iuxta Cæremoniale Episcoporum sub eleuatione Corporis & Sanguinis D. N. Iesu Christi Organum grauiori & dulciori sono pulsari debeat, nihilominus vt totus animus Christi fidelium, omnesquæ internæ vires nullo distrahente eos sono omnimodè intendant ad recolendam mortis ac dilectionis Christi memoriam; sub eleuatione Corporis

Cærem. Episc.
lib. 1. cap. 28.

Cærem Episc.
lib. 2. c. 28.

poris ac Sanguinis D. N. Iesu Christi, in canticis & Organ's altissimum potest seruari silentium: omnesque quotquot sunt in templo, Clerici, Cantores, Organistæ, Custodes, ijque qui Organorum folles agunt, in genua procumbere, & facie ac animo ad SS. Sacramentum conuersi, Deum cum omni deuotione ac pietate adorent.



PARS V.

TITVLVS I.

De Vesperis solemniter Celebrandis.

*Cærem. Epif.
lib. 2. cap. 3.
Gauantius
comment. in
Rubr. Bre-
uiarij fest.
20. c. 3. n. 8.*

1. SACERDOS hebdomadarius officium Vesperarum solemniter factururus, in Sacristia pluuiali coloris temporis seu festo conuenientis supra superpelliceum sine stola aut etiam super Amictum, Albam, Cingulum, & stolam in modum crucis ante pectus indutus, medius inter duos assistentes similiter indutos iunctis manibus & cooperto capite procedit è Sacristia ad chorum hoc ordine.

*Gauantius
lib. 2. c. 1.*

2. Procedunt duo Acolythi deferentes candelabra cum candelis accensis; quos sequitur solus Cæremoniarius, si adest, tum alij de clero bini, deinde ministri pluuiialibus induti bini & bini, postremò Celebrans medius inter duos vltimos pluuiialibus indutos, qui simbrias anteriores pluuiialis ipsius parumper eleuant: & omnes hi, exceptis Acolythis, operto capite, iunctis manibus, oculis demissis & incessu modesto procedant, nemini caput detegentes nisi Episcopo, aut alijs Prælati, aut summis Principibus.

*Cærem. Epif.
lib. 2. c. 1.*

3. Cùm peruenerint ante Altare, discedentibus alijs ad Chorum, Celebrans, ministri pluuiialibus induti, & Acolythi stabunt Lineâ rectâ, Cæroferarijerunt omnium postremi hinc, inde à lateribus,